

Heinrich Krause Joachim Christoph Finx

Disputatio Philosophica De Virtute Heroica

Rostochii: Kilius, 1644

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729615227>

Druck Freier  Zugang



Ru phil 1644

Heinrich Krause

Joed. Ulrich Finxius

כאלוהי

DISPUTATIO PHILOSOPHICA
DE

VIRTUTE
HEROICA,

Quam

Ex generali Philosophiæ Pra-
cticæ parte,

In Academia Rostochiensis

PRÆSIDE

M. HEINRICO KRAUSEN,

Torgâ-Misnico, S. S. Theol.

Studiofo,

Eruditorum examini subicit

JOACHIMUS CHRISTOPHORUS

FINXIUS, Tangerm. March,

Ad d. 20. April Anno M.DC. XXXIV.

Horis, locog, consuetis.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr. Anno 1644.



Florentissima Reipublica Rostochiensis

PATRIBUS,

DN. BERNHARDO
CLINGIO,
DN. NICOLAO Scharf-
fenberg/

Consulibus
hujus Civi-
tatis Magni-
ficis, & Jctis
clarissimis.

*NEC NON
VIRIS*

Amplissimis, Consultissimis, Clarissimis

DN. CHRISTOPHORO Kraut-
hofen / J. U. Doctori, ac Practico longè
celeberrimo.

DN. FRANCISCO FINXIO,
J. U. Licentiato, ac Practico felicissimo,
Patrueli honorando,

DN. BALTHASARI KLES-
SENIO, Civi Tangermundensis Reip.
primario, Affini ætatè observando & Me-
cœnati fidelissimo.

*Disputationem hanc Philosophicam, in debite
gratitudinè & observantiæ testimonium,
Offero, dico, consecro*

Joachimus Christophorus Finxius.



PROOEMIUM.



At bene, satisq; verè dixit Phocilides v. 116.
ὁ πάλιν τοι λόγος ἀνδρῶν πρῶταρον ἐστὶ σιδήρης:
Ratio homini telum est quo vis ferro
acutius. Homini enim melius longè consu-
luit DEUS, & benignius multa indulsit, quàm
ceteris animantibus, ratione enim illum ornavit, quæ divi-
num, Deoq; charissimum hoc animal, à corporis alijs viribus
imparatum, multisq; obnoxium malis, validissimum omnium
effecit. Non commendat quidem nos, aut conspicios præ alijs
facit Elephantum vasta moles & magnitudo; Non formi-
dabiles nos reddit Leonum impetus; Non inest nobis tauro-
rum robur; Non cervorum velocitas; Non Canum in odo-
rando sagacitas, aut si quæ aliæ prerogativæ feris sunt con-
cesse. Verùm homo ratione pollet, inest ipsi particula aura
cælestis, divinius quadam mens, quàm una in cætera omnia
dominatur, quæcumq; pedibus nostris DEUS subjecit. Hujus
soli beneficio velociora consequitur, audaciora terret, va-
lentiora sternit, ac mittit veluti sub jugum. Unde nec mi-
nus rectè Lactantius, de homine verba faciens, inquit:
Quia æternum & immortale animal finxit (DEUS)
non forinsecus, ut cætera, sed interius armavit, nec
munimentum ejus in corpore, sed in animo posuit.
Ut verò homines à feris ratione, ita à se invicem cultu inge-
niorū distinguuntur. Quidam enim ita excellunt, ut si ipsi
corpus non fuisset additum, essent dij, cum tales actiones
perficiunt, quæ vix humanis viribus præstari creduntur.
Cum itaq; in presentiarum agendi provinciam susceperimus,
DEUM Ter Opt. Max. veneramur, ut conatui nostro adsit!

T H E S I S I.

A *Nominis* autem consideratione Disput. nostræ faciemus felix auspiciū, quia hæc multum habet eruditio- nis, *secundum Æn. Sylv. in tr. d. med.* Non igitur vacantis operæ fuerit, si in vocabuli indolem inquisiverimus.

II. *Tria* autem maximè spectanda hic veniunt, quibus ante non dextrè explicatis, inanis & frustraneus omnis labor est. Sunt autem
1. *Ἑτυμολογία.* 2. *Ὁμωνυμία.* 3. *Συνωνυμία.*

III. *Etymologiam* quod attinet, est origo vocis hujus græca, quæ quia Latini exprimere non potuerunt, retinere fuerunt coacti, & vocatur *Heroica*, non minus appositè quam eleganter. Deducitur autem *ἀπὸ τῆς ἐρωτῆ* ab amore, quia vehemens ille amor, fervidumq; Virtutis studium in heroicis Naturis, est quasi vita heroicæ dignitatis, sine quâ neq; esse neq; servari potest.

IV. *Homonymiam* quod concernit, sumitur vocab. Herois dupliciter: (1) *Theologicè* & (2) *Philosophicè.* *Theologicè*, quatenus de iis prædicatur, qui eminentiâ & splendore Virtutum Theologicarum, à Sp. Sancto accensarum, communem hominis conditionem superant; In quorum numero sunt ij, qui vel in DEI dilectione, fiducia, spe, patientia, charitate &c. firmiter perseverant, & nullo modo se dimoveri vel commoveri patiuntur; Vel qui in spirituali palæstra, cum Satanâ, cæterisq; hostibus, animam petentibus, dimicant, & hostes suos fortiter vincunt: In horum numero fuere Salvator noster Jesus Christus, item, Stephanus, fratres Maccab. & reliqui Martyres omnes, qui super cælestis doctrinæ veritate ad sanguinem usq; dimicarunt. *Philosophicè seu politicè accepta* propriè pertinet ad moralium Virtutum chorum, quarum notet eminentiam; Impropiè tribuitur Artium inventoribus, ut Aristoteli, Archimedi, Euclidi &c.

V. Progredimur jam ad *Synonymiam.* Sunt autem hujus synonymia; Virtus divina, affectio divina, non ac si esset DEI affectio sive virtus, sed quia facit homines aliquo modo DEO similes. Qui enim hac sunt instructi, videntur magis ad similitudinem Nominis ascendere, quam ad hominum infirmitatem descendere.

VI. Atq; sic his præsuppositis, quæ ad nominis evolutionem facere

cere iudicavimus, ad ipsa realia progrediamur, & moveat se Disputatio nostra ad definitionem, quæ Arist. l. 7. Ethic. cap. 1. est *Excellentia quadam & eminentia Virtutis, quæ humanam transcendit imbecillitatem, & ad DEUM quam proximè accedere videtur*. Seu: *Est virtutis habitus, paucis quibusdam, ex singulari DEI beneficio, tributus, quo insigni prudentiâ res perplexas & dubias, sine errore, admirabili alacritate & constantiâ, difficilis & arduas, sine defatigatione, incredibili felicitate, ancipites & periculosas sine offensione, ad salutem Ecclesie & Reipub. ita gerunt, ut propius Deorum ad perfectionem ascendere, quam ad humanam imbecillitatem se dimittere videantur.*

VII. *Definitio resolvitur in Genus & differentiam. Genus est habitus, teste Arist. 7. Eth. c. 1. quamvis enim peculiare DEI donum sit, tamen sine indole generosa, sine pulvere, sudore, labore tum institutionis tum exercitationis nemini contingit. Unde Aristides apud Galen. in lib. quod mores temperamentis respondeant, interrogantis, quomodo iustus factus esset, respondit: Plurimum valet nostra diligentia studiosæ Juventutis.*

VIII. *Differentia (habitus quibusdam paucis singulari DEI beneficio tributus) continet causam efficientem atq; Objectum. Causa effc. est DEUS, qui nisi afflatu suo heroicis animos excitaret, ac facultatem eam acquirendi, excolendi atq; exercendi largiretur, frustra esset omnis cogitatio de eâ suscepta. Afflatus autem ille divinus quia paucissimis contingit, ideo hæc virtus rarè est inventa. Hæc causa efficiens inferiores includit, quales sunt, natura excellens, educatio bona, & felix institutio.*

IX. *Objectum Virtutis heroicæ sunt actiones omnium virtutum, per naturam tamen immutabiles, ob divinum afflatum, qui cû Virtute heroica specialiter concurrat. Ergo non sufficit, magnamoliri, sed requiritur, ut conatus eventui respondeant. Hinc Heros supra humanam conditionem elevatur, quam vincit ita, ut & in summis miseriis, decus tum Personæ, tum Virtutis suæ tueatur.*

X. *Est autem Virtus heroica omnium Virtutû summa perfectio, & tot species ejus sunt, quot Virtutum moralium; In qualibet enim Virtute requiritur eminentia. Sic datur fortitudo heroica, temperantia heroica. Magnanimitas & Magnificentiâ sæpe quidem sunt Virtutes heroicæ*

heroicæ, non tamen semper, cum harum splendore non rarò desti-
tuantur, *Vid. Piccol. gr. 6. c. 5.*

XI. Cum autem Virtutis quædam sit excellentia & perfectio,
dubitatur; *An mediocritate definienda sit?* Resp. quemadmodum
omnis virtus consistit inter duo extrema; ita etiam virtus heroica.
Hujus extrema sunt, summa ignavia, & feritas seu bestialitas.

XII. *In defectu est ignavia seu ineptitudo ad omnem Virtutem im-
petum.* Defectus infrequentior est & obscurior; studiosi tamen
hujus dicuntur fuisse Sybaritæ, qui hanc legem sanciebant: *Nemo
nostrum frugi esto.*

XIII. *In excessu Bestialitas seu feritas est malitia summa & ex-
trema, quæ omni honestatis sensu carens immanissima scelera peper-
erat, & hominem infra bestias abjicit.* Paulus ad Eph. 4. *ἀπαλγη-
τίας* dedolentiam nominat.

XIV. *Feritas seu bestialitas* originem trahit à perverso rationis
usu, seu à sciente & volente malitia, cujus tot sunt species, quot he-
roicæ virtutes. Feri fuerunt quamplurimi, Mezentius, Phalaris,
Dionysius Major, Sylla, Caligula, Nero, Attila, Tamerlanes, Johan-
nes Basilides &c. Per singulas virtutum & vitiorum species ut hic
eatur, non opus est. In audaciæ, iræ & injuriæ vitis potissimum
hæc feritas cernitur, & optimè hujus natura ex definitione Virtu-
tis heroicæ patescit. Ut enim hæc, tanquam fulgor omnium vir-
tutum, hominem elevat supra humanam conditionem; Ita bestia-
litas, humanæ appetitionis perversio, reliqua vitia turpitudine sua
longo intervallo post se relinquit, hominemq; infra humanam con-
ditionem deprimit.

XV. Atq; hæc feritas deterior est vitio communi, mali enim
ὑπερβολῆ semper ejus mediocritate pejor est & nocentior *vid. Piccol.
gr. 6. c. 14. Objicitur quidem, Aristot. 7. Eth. c. 6. affirmare, feritatem mi-
nus esse malum, quam vitium;* Verum loquitur Arist. de feritate, quæ
rationis expers, & quæ ipsa virtutis heroicæ directè non opponitur.

QUÆSTIO I.

*An sola DEI presentia & efficacia sit cau-
sa Virtutis heroicæ?*

Resp. *Disting. pro determinatione quæstionis, inter causam effici-
entem*

entem principalem & subordinatam. In virtute enim heroica & DEUS & natura concurrunt. Deus, ut causa principalis. Præter DEI enim actiones, natura & institutio concurrunt, & virtutes quoque; scilicet quod majores, eod plus laboris exigunt. DEUS opera sua ordinaria non sine mediis naturalibus producit, semper enim in heroe media sunt spectanda, vel externa vel interna. *Ad interna referimus*, (1) Naturæ bonitatem (2) rectam educationem & institutionem (3) ardens & inexplebile illud desiderium, quo Heroes plerumque; vulgari hominum sorte neglectâ, ad altiora spirant. *Externa cause sunt*, subsidia virtutum, ut executio propositi, atque executionis constantia. Constantia enim laboris in perficiendo opere, ut opera maxima non trepidè accipitè, sed egregiâ alacritate perficiantur, omninò requiritur. Sic J. *Cæsar* omnia expediebat, μηδὲν ἀναβαλλόμενος. *Alexander M.* volatu totum mundum suo subegit imperio. *Lutherus* maxima laboris constantiâ veram de DEO doctrinam ex tenebris plus quam cimæriis revocavit. vid. plura exempla in *Liebh. Coll. Eth. p. 152.* Ergo concurrunt DEUS, & quidem magis quam ad cæteras actiones, ob majores hujus virtutis actus, solis hominis viribus non præstandos: Sola tamen causa non est, sed primaria.

QUÆSTIO II.

An virtus Heroica cadat in fœminas?

Tutius est negare quam affirmare hanc quæstionem. Non enim quærimus hic, quid extraordinariè fiat, quatenus fœminæ animo & affectibus sunt masculæ, masculisque; virtutibus instructæ, quasque; natura solertes, industria literatas, experientia sapientes, quasque; natura solertes, sunt quidem capaces hujus virtutis, sed infrequentius. Historiæ enim suggerunt exempla, ea tamen sunt pauca, imò dubia. Vult enim DEUS hunc sexum ut plurimum viris subesse, & fœminæ animos habent imbecilliores, turbulentiores affectus, & minus confidentiæ, & parum roboris, & teneris ab unguiculis rebus ferè humilioribus destinantur. Illæ tamen, in quibus & ipsis Virtus heroica, ceu novum quoddam & insolitum sidus effulserit, fuere *Debra* & *Jael* Jud. 4. *Abigail* 1. Sam. 25. *Semiramis*, Justin. l. 1. *Amazones*, Justin. l. 2. *Elisabetha Anglica*, vid. plura

in Plat. de clarâ mulieribus. Lips. in Polit. fol. 78. Caelium Rhod. l. 1. 14.
Interim tamen & hoc meminimus, exempla prophana esse dubia;
Semiramis enim à filio suo, teste Justino, concubitum petiit. Ama-
zones audaciæ accusantur. Elisab. Regina Angl. laudatur ab his,
culpatur ab illis. Hinc Poëtæ cujusdam Epigram.

Quod crudelis erat, de Patre recepit Elisa;

Quod lasciva, habuit matris ab arte sua.

Hæc verò pugnant cum hujus virtutis objecto, quod sunt perfectæ
omnium virtutum actiones. Ceteræ rationes omnes probant,
quod possit fieri. Fatemur quidem fuisse hujus oppositum sc.
bestialitatem in Medea, sed negamus heroicam virtutem quon-
dam in aliquo fœmineo extitisse subjecto.

QUÆSTIO III.

An virtus heroica cadat in pueros?

Resp. cû Clar. Heid. Indolem heroicam in pueros cadere, plurima
testatum faciunt exempla, Davidis, Alexandri, Catonis & aliorum.
Sed ipsa virtus in hac ætatula tantum est d' *è l'india* ut loquitur
Arist. l. 1. Eth. c. 9. nisi peculiari DEI afflatu suscitentur, ut in Daniele.

QUÆSTIO IV.

*An spurij Virtutum Heroicarum sint
participes?*

Resp. Quo loco spurij sint habendi, patet ex sacris Deut. 23.
Sap. 3. & 4. Syr. 23. Has verò pœnas adulteris & spuriiis immittit
DEUS, ut castitatem & conjugium tueatur, & impuras libidines
vindictet & excindat. Interim dari possunt multa exempla spuriorû,
qui virtute insigni, & ingenio excelso, præstantes res maximas ges-
serunt feliciter, & summos ad honores emerferunt, ut Jephtha Jud.
14. Timotheus, Homerus, Romulus, Remus, Carolus Martellus, Jo-
hannes de Austria, vid. Theatr. Zwinger. vol. 3. l. 11. p. 1059. & ex
illo Heiderum p. 408. Causæ possunt dari Theologicæ, Physicæ
ac Ethicæ. *Theologica*, quia DEUS interdum humilia tollit in al-
tum, atq; excelsa deprimit. Nec dubium est, quin vera pietas om-
nem etiam generis labem eluat & detergat. *Physica*, quia inge-
nia & corpora spuriorum sunt vegetiora, cum parentes habeant
ple-

plerumq; bene validos, juvenulos, & totos in libidine effusos.
Ethica, quia cum passim habeantur contemptui, summo virtutis
studio hanc nominis maculam eluere conantur.

QUÆSTIO V.

An & cur filij Heroum sint noxa?

Commune est proverbium: ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πημεντα.
Heroum filij noxa. quo de Erasmo Chil. 1. Cent. 7. Prov. 23 Homer.
Odyss. 5. Nec minus tritum est; *Qualis avis, tale ovum, & qualis ar-
bor, talis fructus.*

*Fortes creantur fortibus ac bonis,
Est in juvenacis, est in equis Patrum
Virtus, nec imbecillem feroces
Progenerant aquile columbam.*

Ac alius Poë. *Aequat rara Patrem soboles, sed plurimi ab illis
ta canit: Degenerant, pauci superant probitate parentes.*
Hæc Proverbia sæpe sunt veriverbia. Contrarium quidem probatur
(1) exemplo Deciorum, Fabiorum, Scipionum, Pisonum, in qui-
bus omnibus Virtus parentum quasi hæreditaria facta, & cum fe-
mine propagatur. Sed & illud verum est, Heroum filij noxæ, Ex-
emplo sint Cain, Cham, Ismael, Esau. Sic filij Jacobi, filij Davidis,
filij Salomonis, vid. pl. exempl. tam ex sacris quàm prophanis au-
toribus in *Theatr. Zyving. vol. 3. lib. 11.* Hujus rei causas reddunt
Theologi, Physici & Ethici. *Theologi* quidem universalem DEI
providentiam, qui perpetuas omnium rerum vices & ascensus esse
voluit, & fortunæ rotam in orbem agi, & numerorum calculos
in loco superiore collocari, mox infimam ad lineam rejici, juxta
illud *LUC. 1. Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles.* *Physicè*
dicunt magnos viros liberorum ad generationem segniore videri,
quàm ut de vita rogata fortasse cõcedi poterat; *Lemn lib. 1. de occult.
mir. cap. 4.* ita de bellica negatur. *Ethici*, quod partim parentes, par-
tim liberi, partim Præceptores sint in culpa. Parentes aliquando in
educatione liberorum sunt remissiores & molliores, propter *Philos-*

502

superflua nimiam, & frequentiore absentiam, & occupationes
gravioris, quæ faciunt hoc, ut agere non possint. Jam verò
Mantuan. *Blanda patrum segnes facit indulgentia natos.*
lib. 1. Et Ter. in Adolph. *Ut quisq; suum vult esse, ita est.*
Liberi hauri rarò Parentum auctoritate, potentia & opibus inso-
lescunt, alios habent contemptui, nec ullis ab injuriis temperare
sibi possunt. Præceptores alumnis & dominis suis, metu offensio-
nis, & spe gratiæ singularis, ablandiuntur, & omnia, quæ pueritiæ
grata, dicunt & faciunt *vid. pl. ap. Heid. in Philosoph. Moral. p. 414.*
Libent. p. 153.

QUÆSTIO VI.

An Virtus heroica tantum piorum sit & Civium Ecclesiæ?

Resp. Dist. inter Actiones DEI generales & speciales. *Actiones*
DEI Speciales ad solam pertinent Ecclesiæ. *Generales* verò ad to-
tam rerum naturam, & ad homines ab Ecclesiæ societate alienos.
Hæ verò iterum sunt vel ordinariæ, vel extraordinariæ. *Ordinariæ*
sunt, solis ortus & occasus, notitiæ nobis insitæ, & inclinationes
variæ. *Extraordinariæ* & infrequentiores, ut Cyri, Romuli, Re-
mi, & aliorum conservatio. Jam Virtutes heroicæ piorum ad a-
ctiones DEI speciales, quæ spectant Ecclesiæ, referendæ sunt, ali-
orum non ad generalem sed extraordinariam. Et concludimus
exinde; Virtutem heroicam non in pios tantum, sed & in bonos vi-
ros, extra Ecclesiæ DEI, cadere posse.

QUÆSTIO VII.

An omnibus seculis Heroes inventi fuerint?

Nullum est dubium, quin DEUS omnibus seculis magnos ex-
citet viros, qui Ecclesiæ & Reipub. collabanti opem ferant; Nec pu-
tandum, si interdum apud nos nulli sint heroes, ubiq; locorum nullos
reperiri. Ut enim virtus communis, ita & heroica per totum or-
bem terrarum diffunditur. Sæpe tamen, si rei benè generendæ
non detur occasio, summa ingenia in occulto latent. Ad id allu-
dit Ovid. 4. *Trist. eleg. 3.*

*Hectora quis nosset, felix si Troja fuisset,
Publica Virtutis per mala facta via est.*

Quæst.

QUÆSTIO VIII.

An facta heroum extraordinaria sint imitanda?

Resp. Negando: Nemini fas est facta heroica imitari, nisi eadem vi divina aliquis sit instructus. Duo siquidem cum faciunt idem, non est idem; facinora enim heroica superant vires humanas, & sunt longè majora, quàm ut ab homine naturaliter perfici valeant, propterea magni hoc est laboris ac sapientiæ, cum de Heroum factis non semper ordinario modo sit judicandum, propter excellentiam, & eminentiam, ut & exitium & admirabilem ad maxima perficienda impetum.

QUÆSTIO IX.

An Heroibus licitum sit nonnunquam pro vitâ eligere mortem?

Respond. Distinguendo: Inter mortem Theologicè, Physicè ac Ethicè consideratam: Mors *Theologicè* considerata, homini eligenda est pro vita, legitimo tamen modo, quo propositis duobus bonis, semper eligitur id, quod magis videtur; hæc autem caduca vita collata ad non caducam, est minus bonum. *Ethicè* v. mors considerata, nonnunquam est eligenda, ac vitæ præferenda, quando hoc requirit patriæ salus, non enim nobis, sed patriæ sumus nati. *Physicè* v. mors nunquam eligitur pro vita; Mors enim malum est, vita vero bonum. Noster vero appetitus nunquam fertur in malum, ut malum, sed semper in bonum.

QUÆSTIO X.

An virtutes Ethicæ specie & forma differant à virtutibus Theologicis?

Affirmamus contra Keckermannum in Præcog. Ethicis; & Timpl. in Eth. lib. 1, c. 2. & alios. Keckermannus d. l. ita sentit: *Inter virtutes Ethicæ & Theologicæ est distinctio graduum, ita, quod deest veritatibus Ethicis, id per disciplinam Theologicam addatur, & compleatur;* ac porro inquit: *Non aliter se habet virtus moralis ad spiritualem, quam se habet tepor ad fervorem, & lux matutina ad meridianam lucem;* Sicut ergo tepor est verus calor, etiamsi non sit tantus calor, quantus est fervor; & sicut lux matutina est vera lux, etiamsi non sit tanta lux, quanta lux meridianæ; ita virtus moralis est per se vera virtus, & verum bonum, etiamsi non sit tanta virtus, & tantum bonum, quanta virtus & quantum bonum spirituale seu Theologicum. huc usq; Keckermannus. Cui subscribit per omnia. Timpl. d. l. Verum contrariam sententiam defendimus, ob rationes sequentes.

quentes. 1. Quia differunt omnibus causarum, tam intrinsecarum, quam extrinsecarum, generibus. 2. Differunt quoq; subiecto. 3. Differunt causa formali. 4. Differunt causa finali. Ethici enim omnes actiones non ad Dei, sed ad propriam suam gloriam referebant; Christiani v. propter Deum & ejus gloriam amplificandam, omnia suscipiunt. Concludimus itaq; virtutes Ethicas non gradu tantum, sed specie & forma essentiali, à Theologicis differre. *vid. th. 4. nostra Dissur:*

SOLI DEO GLORIA.

AD DN: RESPONDENTEM.

Virtutem magnam tractas, *Doctissime FINXI,*
Me duce vis genij & spargere dona tui.
Gratulor hos ausus, virtutes exferre porro;
Virtutem magnam præmia magna manent.

Gratulabundus adjiciebat

M. Henricus Krause/Præses.

Heroum satagis virtutes nosse, profectas
A ductu quodam numinis insolito,
Rem facis ingenuam; Tibi si qua faventia cœli
Sidera erunt quondam, *fac modo dicta, precor!*


Georgius Wosegin. Regio-
montanus Borufs.

Ad Ornatissimum Dn. Respondentem,

προς Φώνησις

Qui cavet aureoli penetrantia tela deastri,
Nec capitur technis, blanda Lucerna, tuis:
Quem RARO, bibulum, Semeleius obruit Evan,
Inq; suis nunquam Murcia diva videt;
Hunc niveis VIRTUS juvenem complectitur alis,
Virtus Magnificis unica digna Viris.
Hæc tibi cunctorum fiet unica norma laborum,
Hæc, FINXI, studii fit cynosura Tui.

Conradi Thamnisl, Thoruneci. Por.



QUESTIO VIII.

An facta heroum extraordinaria sit

Resp. Negando: Nemini fas est facta heroica divina aliquis sit instructus. Duo siquidem cum idem; facinora enim heroica superant vires humana, jora, quàm ut ab homine naturaliter perfici vale hoc est laboris ac sapientiæ, cum de Heroum factio modo sit judicandum, propter excellentiam, & mirum & admirabilem ad maxima perficienda imp

QUESTIO IX.

An Heroibus licitum sit nonnunquam eligere mortem?

Respond. Distinguendo: Inter mortem Theologicè consideratam: Mors Theologicè considerata est pro vita, legitimo tamen modo, quo propositio eligitur id, quod magis videtur; hæc autem caducam, est minus bonum. Ethicè v. mors conueniens, est eligenda, quando hoc rebus enim nobis, sed patriæ sumus nati. Physicè v. mors pro vita; Mors enim malum est, vita vero bonum, ut malum, sed situs nunquam fertur in malum, ut malum, sed sit

QUESTIO X.

An virtutes Ethicæ specie & forma à virtutibus Theologicis?

Affirmamus contra Keckermannum in Præf. pl. in Eth. lib. I. c. 2. & alios. Keckermannus dicitur, *virtutes Ethicæ & Theologicæ est distinctio graduum, in Ethicis, id per disciplinam Theologicam addatur,* inquit: *Non aliter se habet virtus moralis ad spiritum tepor ad fervorem, & lux matutina ad meridianam, ut est verus calor, etiamsi non sit tantus calor, quod lux matutina est vera lux, etiamsi non sit tanta lux, ita virtus moralis est per se vera virtus, & verus tantus virtus, & tantum bonum, quanta virtus & bonum seu Theologicum. huc usq; Keckermannus. Cuius Templ. d. l. Verum contrariam sententiam des*

dem vi
non est
gè ma
magni
ordina
& exi

ysicè ac
ligenda
semper
ad non
inquam
us, non
eligitur
ro appe
n.

& Tim
er virtu
ertutibus
ac porro
se habet
ergo te
& sicut
meridia
si non sit
spiritua
omnia
tiones se
quentes.

